

qui post nos futuri sunt, cognitum esse volumus, qualiter Albertus | burchravius^{c)} de
 Dewin^{d)} cum consensu heredum suorum molendina duo, que iuxta civitatem Grimmam^{e)}
 in littore Mulde | fluminis de manu nostra habuit, fratribus de Cella sancte Marie pro
 ducentis quadraginta quinque marcis vendidit ipsaque molendina cum omnibus suis
 5 appenditiis nobis resignavit, nosque pro remedio anime nostre et pie memorie^{f)} patris
 nostri marchionis Theoderici in manus abbatis Cellensis sollempni donatione contradidimus,
 cui videlicet resignationi hoc adicimus, quod idem prefectus etiam exactioni cuiusdam molen-
 dini, quod in superiori parte prefate civitatis aliquando habuerat, ex toto renuntiavit.
 Ne quis autem ausu temerario contra hoc factum umquam venire presumat, per sigilli
 10 nostri appositionem^{g)} et per idoneorum^{h)} virorum attestationem firmiter prohibemus et
 bona ipsa Celle sancte Marie perpetua stabilitate confirmamusⁱ⁾. Testium autem ista
 sunt nomina: Heidenricus^{k)} prepositus maior in Misna^{l)}. Heinricus de Chorun^{m)}. Vlricus
 et Iohannes fratres de Pach. Erkenbertus prefectus de Starkenberg. Otto de Ilburgⁿ⁾.
 Heinricus marschaleus et Cŕnradus camerarius frater eius. Heinricus dapifer. Cŕnradus
 15 de Bichene^{o)} et Bertoldus familiares nostri. Iohannes prior Cellensis et Albertus cellerarius
 et Albertus monachus quondam abbas in Doberlu et alii quam plures^{p)}. Acta sunt hec
 in Cella sancte Marie anno ab incarnatione domini M. cĉ. &xxi., indictione III., III. nonas
 octobris sub Ludegero abbate; feliciter amen.

(S.)

20

447.

Landgraf Heinrich schenkt dem Deutschen Orden Güter in Mültrich. Vergl. No. 448. 1231 Nov. 1.

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg (Fach 2555). Das zerbrochene S., an rothen, gelben und grünen Seiden-
 fäden, = Taf. XII. 4. Phot. H. St. A.*

Gedr.: Histor. diplomat. Unterricht No. 44.

25 :In nomine sancte et individue trinitatis.: Heinricus dei gratia Thuringie lant-
 gravius | et Saxonie comes palatinus omnibus hanc paginam inspecturis salutem in eo,
 qui est salus omnium. | Quoniam hec, que aguntur, a labili hominum memoria facile
 solent evaporare et fragilis | etas humana tenui herens filo minus in dies consuevit esse
 durabilis et annosa, inde est, quod ea, que pie geruntur, scriptorum cautione expedit
 30 communiri et suo loco in posterum, si necesse fuerit, animis fidelium inculcari. His igitur
 consideratis ad noticiam tam presentis quam futuri evi decrevimus pervenire, quod nos
 apostolici non immemores documenti, quo nos non manentem habere hic civitatem per-

446. c) burchravius B. d) Dewyn B. e) Grymmam B. f) anime pie memorie B. g) appositionem B.
 h) idoneorum B. i) confirmamus atque donamus cum omni gratia ac libertate, cum omni iure ac iuris-
 35 dictione, iudiciis omnibus infimis et supernis quovis modo nominatis, sicut ad nos pertinuerunt, vel ad
 nostros successores pertinere possent in futurum, et ipsos fratres Cello sancto Marie et predicta duo molen-
 dina exemptos esse volumus et per presentes oximimus ab omni potestate et iudicio predicto civitatis B.
 k) hŕr B. l) Mysna B. m) Corun B. n) Yleburg B. o) Bychene B. p) Fir et Bertoldus — plures:
 et alii quam plures fide digni B.